

re incipiat ponderat Pax Jord. tom. 2. de re benef. lib. 10. tit. 40. de obligat. benef. m. 136. Antonell. de temp. leg. lib. 2. cap. 64. n. 8. Quodque etiam cum statim & de eodem mense discussus in Villa Soleti Hieronymus in infirmitatem incidere, eaque dura verit ad mentem Martii 1668. prout ex fide Medici eam plenè probantis ad Text. in l. septimo 6 mense in rec. dec. 238. n. 10. per 9. hoc tempus infirmitatis subducendum fit à dicto licentia termino, cum ex illius causa Hieronymus aliam licentiam à Capitulo impetrauerit.

In necessariis consequens emergit, quod prior licentia Capituli ex Causa litis pro biennio, & duobus mensibus tanquam incohata de mense Septembris 1667. statimque suspensa ex Causa relatæ Infirmitatis per totum mensem Martii 1668. cum reinceperit mense Aprilis subsequenti terminavit de mensæ Mài 1670. à quo ad diem 21. Febr. 1671. concessæ licentiæ à Sac. Congregat. Concilii licet deficiant octo circiter menses cum 20. diebus nulla adeit abessendi licentia nihilominus debentur etiam pro hoc tempore Hieronymo fructus, cum petierit à Capitulo prorogationem præcedentis licentiæ, ut eandem denegando non possit illud ex propria contumacia lucrum reportare juxta firmata per Rota in prima dec. bo. me. Benincasa §. multo minus: & in prima R. P. D. mei Priolo §. hoc obiectum circa finem.

Postremo, quod attinet ad tertium tempus incæptum à die 13. Novembris 1671. & expiratam in fine anni 1678. perperam Capitulum Hieronymo contendit restitutionem fructuum, eo quia ad totam diem 21. Febr. 1673. duravit d. licentia Sac. Congregationis Concilii ad biennium præcedenter concessa die 21. Febr. 1671. non subsistente exceptione terminationis litis hoc interim sequuta: & in eadem licentia pariter pro termino apposito, nam licet Hieronymus declarari obtinuerit nullitatem permutationis sui Archidiaconatus, non tamen exinde cessavit lis, quousque restituti non fuerint fructus illius, ut obiecto plenè respondent decisiones hujus causæ nempe coram bon. me. Benincasa §. Decemb. 1691. §. nec quidquam afficit, & 20. Junii 1692. §. fin. cor. R. P. D. mei Priolo 1. Julii 1693. §. Hoc obiectum, & illa coram me, quæ revidetur §. respectus vero. Pro annis subsequentibus hujus tertii temporis Hieronymus habet licentiam abessendi ex causa hujus litis si-

bi ab Ordinario indefinitè concessam, contra cuius validitatem, & subsistentiam frustra in proposito se opponit Capitulum, nam satisfuit ex hac licentia inductam fuisse in Hieronymo bonam fidem, & credulitatem licentiam hujusmodi sibi suffragari ad hoc ut fructus amittere non possit juxta Gloss. in cap. inter quatuor ver. sine justa causa, ibique Hostien. sub n. 2. de Cleric. non residen. Hurtad. de res. dem. l. 1. ref. 13. n. 14. & ponderat decisiones hujus Causæ nempe prima bo. me. Benincasa §. accedente, & secunda §. final. ac cor. R. P. D. mei Priolo prima §. demum, & secunda §. neque privilegium. Potissimè quia sub exordio anni 1675. reassumptum fuit servitium Regiæ Cappellæ, prout ex fide Secretarii illius, non urgente, quod multoties per breve tempus redierit ad Civitatem Calaguritana tunc suffragatur licentia Ordinarii, ut supra indefinitè concessa.

Premiis neque adversatur duplex generalis exceptio, non quidem prima, quod licentia præcitatæ abessendi Hieronymum non juvent pro Canonatu à præbenda Archidiaconali super qua dumtaxat cadit lis prorsus distincta, eo quia sicuti Hieronymus residendo in Archidiaconatu Canonatus fructus lucrari potuisset, ita distentibus pariter dici debet pro Canonatu, ob impossibilitatem alias prænotatam, quod quis propter assistentiam litæ præstandam in longinquis partibus legitime possit abesse uti Archidiaconus, & adhuc debeat adesse pro servitio Ecclesiæ tanquam Canonicus, ut originaliter docet Navarr. in cons. 14. tot. de Cleric. non resid. quem plures sequuntur allegati in add. decisionibus hujus Causæ nempe in prima §. Quoniam præmissis, & in secunda §. & quavis coram bon. me. Benincasa, ac in prima §. Nec talis, & in secunda §. cum seqq. coram R. P. D. mei Priolo, & in dec. que confirmat §. Minus refragante, itaque fuit resolutum in hac eadem Causa per Sac. Congregationem Concilii, ut in relatis decisionibus.

Minusque altera quod fructus ad quorum ut supra restitutionem condemnatur Capitulum, dici debeant soluti, nam super hoc pendet particularis disputatio, & jam paratum fuit dubium, & tanquam exceptio per Capitulum proposita ad idem spectat probato ad Text. in leg. qui accusare C. de addendo coram Coccin. dec. 500. n. 4.

Et ita omnis alius levioris ponderis conclusum fuit, utraque &c.

Finis Decisionum Libri XIV.

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
RECENTISSIMÆ,
SUPER MATERIA
DE JUDICIIS ET JUDICIALIBUS
ET
SUM. PONTIFICUM
CONSTITUTIONES
AD
RELATIONEM CURIÆ ROMANÆ
CARDINALIS DE LUCA

In præstantissimo ipsius
Theatro Veritatis et Justitiæ
Amplēctentes, confirman tes, laudantes, &c.
LIBER XV.

380
A R G U M E N T A
D E C I S I O N U M
S U P E R M A T E R I A
DE JUDICIIS ET JUDICIALIBUS,
E T
CONSTITUTIONUM SUM. PONTIFICUM
A D
RELATIONEM CURIÆ ROMANÆ.

DECISIO I. Romana Censur.
Cum Card. de Luca in *Disc. XXVI. de Judiciis*, agat de Instrumentorum & documentorum publicorum substantia & qualitate non incongruum erit hic apponere hanc Decisionem quæ ostendit Mandatum A. C. licet excessivum non debere in totum retractari, sed solum reformari.

CONSTITUTIO I. Innocentii XII.
 Moderatoria Indulgentiarum testandi S. R. E. Cardinalibus Romani Pontificis Confanguineis, & forsan aliis etiam non Cardinalibus, nec confanguineis in forma ampliori, & extraordinaria concessorum, & concedendorum, cum reductione hujusmodi Indulgentiarum ad terminos, & formam illorum omnibus aliis Cardinalibus concedi solitorum, & respectivè confirmatoria motus proprii Clementis IX. super extensione hujusmodi Indulgentiarum ad favorem omnium Cardinalium.

CONSTITUTIO II. Innocentii XII.
 Super facultatibus Majoris Penitentiarum.

CONSTITUTIO III. Innocentii XII.
 Super suppressione, abolitione & abrogatione, Tribunalium, & Judicium Urbis ex privilegiis Constitutorum, & reductione privilegiorum, & Tribunalium ad Jus commune, & ad Judices ordinarios Romanæ Curie.

CONSTITUTIO IV. Innocentii XII.
 Super sportulis Tribunalium, & Judicium Urbis.

CONSTITUTIO V. Innocentii XII.
 Confirmatio, extensio, & moderatio respectivè Constitutionum Pii II. Sixti IV. Clementis VII. Pii IV. & Pii V. super prohibitione quæcumque remissionem, compositionem vel gratiam homicidii, illorumque fautoribus, auxiliatoribus, consultiis, vel complicitibus, necnon Ministrorum Justitiæ, querelantium, & testium offensivis concedendi absque Romani Pontificis speciali mandato.

CONSTITUTIO VI. VII. Clementis VIII. & Urbani VIII.
 Super congregatione Baronum.

CONSTITUTIO VIII. Urbani VIII.
 Moderatoria Constitutionis editæ à Clemente VIII. circa distractionem Castrorum, & bonorum, etiam fideicommissariorum, pro satisfactione creditorum Baronum, &

Domicellorum Status Ecclesiastici, quod non habeat locum quoad debita contracta post sex menses à die activationis instrumentorum, ac vinculatione bonorum.

CONSTITUTIO IX. Innocentii XII.
 Super electione Signaturæ Justitiæ Votantium, & indulto eisdem concessio Rochetum in Romana Curia, & Capam magnam in ejusdem Signaturæ Collegiali congregata deferendi.

CONSTITUTIO X. Innocentii XII.
 Suppressio Venalitates Officiorum causarum Curie Cameræ Apostolicæ Generalis Auditoris, necnon ejusdem Cameræ Thesaurarii Generalis, duodecim Clericorum, & Præfidentis.

CONSTITUTIO XI. Innocentii XII.
 Super exemptione Archiepiscoporum, Episcoporum, & Prælatorum Inferiorum Regni Neapolis à Spoiliis, & fructibus inconsumptis, & incommixtis suarum Ecclesiarum ad Cameram Apostolicam hæctenus spectantibus, deinceps in beneficium Ecclesiarum applicandis, & erogandis.

CONSTITUTIO XII. Innocentii XII.
 Confirmatio, Reformatio, & Concessio respectivè Jurisdictionum, & Facultatum Tribunalium, & Magistratus Viarum.

CONSTITUTIO XIII. Innocentii XII.
 Moderatoria facultatum Protectorum Ordinum Regularium.

CONSTITUTIO XIV. Innocentii XII.
 Moderatoria Donationum, & Distributionis reddituum Ecclesiasticorum in Confanguineos, vel Affines Romani Pontificis, seu eorum loco adlectos, ac prescribens cautelas servandas circa signaturas earum gratiarum, quæ aliquando ægrotante Romano Pontifice per concessum fieri dicuntur.

CONSTITUTIO XV. Urbani VIII.
 Instructio Archivi Generalis Urbani in Alma Urbe sub Protectione, & Superintendencia Illustrissimi, & Reverendissimi Francisci Barberini S. R. E. Card. Diac. Tit. S. Agathæ. Et erectio Officii Conservatoris dicti Archivi cum eorundem jurisdictionis, & privilegiorum assignatione.

381
I N D E X D E C I S I O N U M
S U P E R M A T E R I A
DE JUDICIIS ET JUDICIALIBUS
E T
C O N S T I T U T I O N U M
A D
RELATIONEM CURIÆ ROMANÆ.

Clementis VIII. ac Urbani VIII. Constitutiones VI. & VII. Julii 1596. & 30. Martii 1624.	
Innocentii XII. Constitutio I.	3. Octobris 1693.
II.	3. Septembris 1692.
III.	15. Octobris 1692.
IV.	1. Decembris 1693.
V.	7. Maii 1692.
VI.	13. Augusti 1695.
X.	10. Novembris 1692.
XI.	1. Februarii 1693.
XII.	4. Decembris 1692.
XIII.	14. Martii 1693.
XIV.	10. Julii 1692.
Romana Censur 4. Martii 1697. Molines Dec. I.	
Urbani VIII. Constitutio VIII.	22. Septembris 1631.
	XV. 11. Decembris 1625.

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
RECENTISSIMÆ
SUPER MATERIA
DE JUDICIIS ET JUDICIALIBUS.
LIBER XV.

R. P. D. MOLINES.

Romana Censur.

Luna 4. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

Cum Card. de Luca in Dis. XXVI. de Judiciis, agat de Infirmorum & doctorum publicorum substantia & qualitate, nō incongruum erit hic apponere hanc Decisionem quæ ostendit mandatum A. C. licet excessivum non debere in totum retractari, sed solum reformari.

SUMMARIUM.

- 1 Ex rigore juris mandata executiva excessu laborantia debent in totum retractari.
- 2 Ex inveterato tamen stylo, A. C. mandata excessiva licet executioni mandata, non retractantur in totum, sed subdactio excessu reformantur.
- 3 Hocque non praxi tantum, sed & æquitate summa fulcitur.
- 4 Hocque magis quam executio capta tantum, sed non consumpta, juri.
- 5 Et quidem in re patiente commodam divisionem.
- 6 Judex appellans in decernenda validitate vel invaliditate mandati attendere debet stylum Judicis à quo.
- 7 Rote Tribunal in casu appellantis à mandatis A. C. pro consecutione legatorum etiam cum illius facultatibus & cum clausula si quidem exequendum, denegat viam executivam, & respondet solummodo mandata esse jura.
- 8 In hujusmodi mandatis relaxatis & successivè executis, Rota cui commissio est causa cum clausula quia ad ulteriorem non annullat executionem jam factam sed rescribit pro processu ad ulteriorem executionem.
- 9 His in casibus Rota concedendo paratam executionem non facit contra stylum cum illius partes sint tantummodo declarare an sit locus necne ulteriori executioni, & n. 10.
- 11 Rota in terminis commissiois cum clausula si quid exequendum non infringit stylum, respondendo pro executione.

DECISIO I.

In geminis decisionibus emanatis coram me in hac causa sub die 27. Januarii, & 5. Junii anni præteriti resolutum fuerat, procedendum non esse ad ulteriora in executione mandati, alias per A. C. relaxati pro summa scutor. 440. favore Joannis Antonii à S. Petro contra Dominum Principem Sabellum, & successivè executi super quibusdam locis Montium ob ipsius mandati excessivitate ex publicis documentis justificatam; In præsentibus tamen tertia causæ procedendum esse ad ulteriora, quoad summam scutorum 1940. verè debitam.

Ratio resolutionis fuit, quia, etsi de juris rigore, quem amplectitur nostrum Tribunal, mandata executiva continentia clatip, & liquidum excessum, quantumvis satis

modicum, remaneant in totum nulla, quoties, prout hic processum fuerit ad actuale ipsorum executionem, adeo- ut à Judice appellantis in totum retractari nec pro sum- ut à Judice appellantis in totum retractari nec pro sum- ut à Judice appellantis in totum retractari nec pro sum- ut à Judice appellantis in totum retractari nec pro sum-

Attamen de inveterato stylo A. C. in casu præsentis ad inferius deducenda observando, mandata relaxata pro summa indebita quantumvis essent executioni deman- datum, adhuc non retractantur in totum, sed subdactio excessu, reformantur pro summa verè debita, de quo stylo resitan- tur Salut. Tyber. in prax. judicialia, sive de modis procedendi in casibus, quæ coram A. C. agitantur lib. 1. cap. 36. n. 1. & melius n. 4. vers. mandatum, Scacc. de sententia, & re judicat. gloss. 1. q. 13. num. 37. Scannarol. de visitat. Carcerat. lib. 3. cap. 8. n. 32. Rota dec. 86. n. 8. post. Possib. de manuat.

Nec porro ejusmodi praxi, recipit solummodo fomen- tum ab inveterata observantia illius Tribunalis, quæ ha- bet vim legis, secundum Cyn. & Bald. in l. 1. fine. C. que sit longa consuetudo, & in l. de quibus ff. de legatis, Rolan. à Valle cons. 70. n. 13. lib. 1. Afflic. d. 135. n. 3. & 4. Salvf. Tyber. loco & numero superius citatis. Rota d. 40. nu. 10. p. 16. sed etiam fulcitur summa æquitate, secundum quam mutiles circuitus sunt refecandi, l. cum fundus ff. 1. ff. si certum pe- tatur, ne Partes super una, eademque re diversis litibus, & inutilibus expensis prægraventur, l. ne in plures ff. de exer- cit. actio. & pluribus exornat Gürb. d. 79. n. 12. & in spe- cie observant Salut. Tyber. ubi supra, & melius aliis rela- tis Rota d. dec. 86. n. 6. penes Possib. de subbasat.

Quæ eo magis procedunt in casu præsentis, attentis duabus specialibus circumstantiis, quarum altera est, quod executio, de qua est sermo fuit, tantum cæpta, sed non consumpta, quo casu cum nullum damnum dici pos- sibile, aut verum spoliū causatum, sed res in eod- em statu existat, adeo ut debitor absque juris sui detri- mento solvendo summam debitam valeat ab executione se liberare, utique facilis intrat reformatio mandati quoad summam verè debitam, ut bene, ac punctualiter observat Possib. de subbasat. inspect. 50. num. 504. R. P. D. Masserius in legat. Avenion. & Emilia lib. 1. cap. 2. num. 64. & 65. Rota in præallegata d. 86. num. 7. cum sequentibus, & d. 619. num. 9. & seq. par. 18. recent. Altera verò, quod eadem executio facta fuit in re patiente commodam divi- sionem; unde nimis æquum, & rationabile est, illam in totum non retractare, sed quoad summam vere debi- tam substituere, ut distinguendo casum executionis perso- nalis individua à reali dividua, tradit Scannarol. de visitat. Carcer. lib. 3. §. 10. n. 32. ubi testatur de stylo A. C. Rota Lucentis d. 265. impressa apud Balducc. ad cons. Roman. num. 20. tom. 4. Cardinalis de Luca de dote discurs. 58. nu. 9. & de judiciis discurs. 26. num. 24. ubi quod præfatus sty- lus A. C. concurrentibus relatis duabus circumstantiis à mo-

à moderno tempore cepit etiam observari signatura Ju- stitiae.

Quod autem in hac hypothesis servandus veniat æquita- tivus stylus A. C. & non rigorosus nostri Tribunalis dedu- cebant Domini; quia hic non agitur de reformando, vel in- firmando mandato oborto ab eodem A. C. ande sequen- dus est stylus, quem ipse tenet, ut omnis generalibus, quod Judex appellantis in decernenda validitate, vel in- validitate mandati, attendere debeat stylum Judicis à quo, de quibus ad futuritatem Tancred. in consule. 40. n. 14. Salgad. de regia protectione p. 1. c. 3. §. 3. n. 21. Ita in specie dixit, & observavit Rota d. dec. 86. n. 8. penes Possib. cum qua Domini processerunt in præsentis resolutione posthabitis aliis decisionibus adductis à defensoribus D. Principis, ex quibus appareat alias aliter per Rotam observatum fuisse reflectendo, quod in his decisionibus Rota pertransivit cum opinione juris rigorosa, nullo facto examine styli A. C. de cujus mandato agebatur, in illa autem penes Possib. ferò prævis tribus propositionibus, ut colligitur ex nu. 2. discussus fuit stylus A. C. tanquam æquitati consonus ap- probatus pro casibus, in quibus ipsa procedit ad executio- nem ejusdem mandatorum, vel cum suis facultatibus, anti- madvertendo potissime ad laudabile nostri Tribunalis in- stitutum; in quo præ cæteris inspicitur rei veritas.

Nec movit exemplum legatorum pro quibus objicieba- tur quod licet A. C. tribuat viam executivam juxta opinio- nem Angeli, quia tamen Rota, sequitur contra Alaxandri, ut neminem lateat, idcirò in gradu appellantis à manda- tis A. C. etiam cum illius facultatibus, & cum clausula, si quid exequendum denegat viam executivam, respondet solummodo mandata esse jura ut in n. 604. n. 12. p. 4. tom. 3. rec. & d. 291. n. 34. p. 7. & coram Manzanedo d. 113. num. 11. & 12. cum aliis, quos refert Ridolphin. in prax. p. 1. c. 1. n. 80. Adden. ad Pamphil. dec. 258. n. 12. & 13.

Quoniam ultra quod ex hoc modo rescribendi non re- cte inferret, quod Rota reprobet prædictum stylum A. C. cum potius exinde pateat vel de illius tacta approbatione vel saltem de expressa via executivæ præservatione, nam alias mandata tanquam nulla simpliciter infringeret, ac per consequens exequenda non esse rescriberet, & quod re- vera Rota non redarguit in hac parte stylum A. C. ex- pressè professatur in d. 416. n. 5. p. 16. rec. adhuc tamen de super ponderatum fuit, quod quoties agitur de mandatis relaxatis ab A. C. pro consecutione legatorum, & successivè executis, Rota cui commissio est causa cum clausula, quæ ad ulteriorem non annullat executionem jam factam, utpotè precedentem contra ipsius opinionem & stylum, sed imò illam expressè approbat, rescribitur pro proces- su ad ulteriorem executionem, ut tradit Zacch. de obligat. cameral. q. 17. n. 22. sequendo opinionem ejusdem, Rota Romana legitime 22. Martii 1643. cor. Peutingero, impress. penes eundem in ordine la 215. n. 6. & 7. ubi reddit rationem, quia in hoc casu concedendo paratam executionem lega- tis, non dicitur facere contra stylum, quia ejus partes

sunt tantummodo declarare; An sit locus, vel non ulterio- ri executioni, & comprobavit d. dec. 597. p. 16. & d. 416. n. 5. ad 8. coram Dunozeo Juniore, & d. 217. n. 1. & seq. & in confirmatoria dec. 402. n. 2. p. 19. rec.

Et quamvis in hujusmodi causis legatorum commissis cum clausula; si quid exequendum, & cum facultatibus A. C. ante cæptam executionem, eadem Rota præscin- dendo à nullitate mandatorum ob incompetentiam viæ executivæ, pluries canonizando eorum iustitiam ordina- riè processerit, ut patet ex decisionibus superius in obje- cto relatis, quibus additur Urbevetana Pecuniaria 21. Apri- lis 1692. §. 1. cor. Rev. D. meo Decano, & Carpenforaten. le- gitime 5. Maii 1694. cor. R. P. D. meo Caprara: Attamen circa hunc stylum suppetunt opiniones, & plura exempla in contrarium; Præallegatus enim Zacch. d. cap. 18. n. 22. vers. Quotiescumque, testatur, quod commissio causa ad Rotam cum facultatibus A. C. ipsa dare solet paratam exe- cutionem, & in terminis commissiois cum clausula, si quid exequendum fuit etiam opinio aliquorum ex nostri ordi- nis Auditorum in Romana legatorum sed totum 16. Januarii 1662. cor. Emerix Seniore. §. nec refert, ubi habetur, quod tunc nonnulli ex Dominis autumnaverint, non iustiti- gi Rote stylum, quoties in his casibus procedi deberet executivè juxta clausulam, si quid exequendum, quæ preler- vat viam exequutivam, allegando plures autoritates, inter quas d. 1412. cor. Seraphino, in cujus hypothesis licet ageretur de indebito, pro quo de jure agendum est via ordinaria, nihilominus quia causa erat Rote delegata cum clausula, si quid exequendum, responsum fuit pro illius exe- cutione; Atque ex hac ratione pluries à modernis tempo- ribus Rota in hujusmodi causis legatorum eidem cum clausula, si quid exequendum legatis respondit, pro mandatorum executione; & in specie in Urbevetana dote 9. Febr. 1693. §. etiam bona in fine cor. bone memorie Emerix Juniore De- cano, & in Camerinen. pecuniaria 8. Junii 1693. §. Minime ve- ro, & in Romana associatiois ejusdem anni §. fin. cor. R. P. D. meo Pio, & in Camerinen. Primogenituræ 10. Junii 1695. §. 1. cor. eod. Ex quibus colligitur, quod oppositum exemplum legatorum potius quam adverteretur, juxta opinionem, juxta quam modo tenet Rota, quod quotiescumque agitur de confirmandis, vel infirmandis relaxatis ab A. C. servandus venit stylus, qui in ipsius Tribunalis passim, & sine ulla hesitatione observatur, quia revera ex hoc non in- fringitur stylus nostri Tribunalis, cum iusticiæ quod ob- servetur in mandatis, quæ ab eo relaxantur.

Quare ex prædictis omnibus resolutum fuit mandatum, de quo est quæstio, reformandum esse, & procedendum ad ulteriora pro dicta summa verè debita scutorum 1940. quæ facta calculo, remanet liquida subdactis pensionibus do- mus originarii debitoris perceptis à Joanne Baptista à S. Petro Patre Joannis Antonii actoris, nec non scuta 404. vi- gore ordinis Sacri montis Pietatis, de quibus late differitur in prima decisione hujus causæ 27. Janu. 1696. §. ex Juribus. Et ita utraque parte informant, &c.

SUMMORUM
PONTIFICUM
CONSTITUTIONES

A D

RELAT. CURIÆ ROMANÆ
CARDINALIS DE LUCA.
LIBER XV.

Ad Ornatum Disc. V.

SS. D. N.

INNOCENTII PAPÆ XII.
CONSTITUTIO MODERATORIA

*Indultorum testandi S. R. E. Cardinalibus Romani Pontificis
Con sanguineis, & forsan aliis etiam non Cardinalibus;
nec consanguineis in forma ampliori, & extraordinaria
concessorum, & concedendorum, cum reductione hujusmodi
Indultorum ad terminos, & formam illorum omnibus aliis
Cardinalibus concedi solitorum, & respectivo confirmatoria
motus proprii Clement. IX. super extensione hujusmodi In-
dultorum ad favorem omnium Cardinalium.*

INNOCENTIUS
EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

UT iudicium nostrum de vultu Dei prodeat, & oculis evidentem aequitatem, acceptionem personarum, quæ apud eundem Deum non est, nullis humilitatis nostræ suffragantibus meritis, sed quantum Nobis ab Alto concessum est, arcere impensè studuimus, illamque etiam à quibusdam Indultis, quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessa accepimus, seu quæ in posterum concedentur, congrua moderatione eliminare desideramus; Nam cum unum corpus simus in Christo, singuli alter alterius membra, grave videri non debet, si qui in Ecclesia uni Domino famulantur, una eademque libertate congaudeant, & qui præsertim in eodem gradu sunt constituti, aliquando providis functionibus ad æqualitatem reducantur, ut sicuti par dignitate præfulgent, dispari nimis privilegio, seu indulto non distinguantur; Ponderis enim, & pondus mensura, & mensura, utrumque abominabile est apud Deum.

Cum itaque præfati Prædecessores nostri S. R. E. Cardinalibus, qui pro ipsius Ecclesiæ statu salubriter dirigendo assidue laborare non cessant, facultatem de fructibus Ecclesiasticis, & de bonis exinde, seu alias quæstis disponendi tam in ultima voluntate, quam alias, & respectivo eorum hæreditatis ab intestato in præmissis succedendi, sub quadam tamen moderata, & congrua forma de benignitate Sedis Apostolicæ concedere consueverint; Vice autem versa nonnulli ex istis Prædecessoribus hujusmodi moderationem, seu formam ampliantes, suis five veris, five

adscitis consanguineis, vel affinis, & forsan etiam nonnullis aliis S. R. E. Cardinalibus longè majora indulta, & cum amplioribus facultatibus, modis, circumstantiis, cautelis, & derogationibus concesserint; Et propterea sicut aliis nostris Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo decimo Kal. Julii expeditis literis modum circa donationes, & reddituum Ecclesiasticorum distributionem in consanguineos, vel affines Romani Pontificis pro tempore existentis inviolabiliter servandum salubri moderatione præscriptimus, ita etiam hujusmodi Indultorum ampliationibus, seu differentiis, ut præsertim inter eisdem S. R. E. Cardinales, hæc nostra speciali Constitutione occurrere, & opportuno providere cupientes; Motu proprio, non ad cuiusquam Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, quæcumque, & singula Indulta testandi, seu alias disponendi, & respectivo ab intestato succedendi, omnibus, & singulis Cardinalibus prælatorum Romanorum Pontificum Prædecessorum, qui illa concesserunt consanguineis, vel affinis, seu illorum loco adlectis, vel adscitis, & forsan etiam nonnullis aliis quomodocumque, qualitercumque, & quandoocumque, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, modis, cautelis, circumstantiis, qualitatibus, & cum quibuscumque etiam derogationibus derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis cautulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie pro tempore concedenda, seu expedienda, in ea parte, seu in illis partibus, quæ erunt contra, & præter, vel ultra formam ordinariam cum omnibus aliis Cardinalibus in prædictis servari consuetam, nullus sint roboretis, & momenti, nec cuiquam, ac si non emanassent, suffragentur.

Ceterum dependentes universum eisdem S. R. E. Cardinalium Collegium tanquam Senatui universalis Ecclesiæ in excelsa Vinea Domini Nobiscum assidue collaborare, ac propterea optatum, & congruum fore, ut omni personarum acceptione sublata eisdem omnes, & singulos Cardinales potius amplioribus privilegiis, & gratiis circa indulta hujusmodi pariformiter complectamur, & communiamus. Cùm itaque feci recordari, Clemens Papæ IX. Prædecessor Noster privilegia, & facultates testandi præfatorum S. R. E. Cardinalium ad illos etiam fructus extendere, & ampliare, qui si naturales essent, & à solo, in quo sunt producti, legitime, & iuxta rei naturam fuissent sublatis, & à manibus Colonorum, vel aliorum quorocumque debitorum perceptis, licet in horreis Ecclesiarum, vel in quovis alio loco adheerent, vel nullo modo aliis ipsorum Cardinalium bonis immixti, ut eorum patrimonio incorporati reperirentur, si verò civiles essent, postquam dies solutionis advenisset, fuissent per quoscumque debitores quomodolibet persoluti, & ad manus Cardinalium, vel ad eorum Ministros pervenissent, seu in aliquo loco publico ad eorumdem creditum fuissent depositi; Idque etiam idem Prædecessor servari voluisset in terminis quomodolibet debitis pro ascriptione honorum, & iurium quorocumque, quos in dictis facultatibus comprehendere voluit, & mandavit, si modo quæ supra fructus tam civiles, quam naturales Conductoribus, & Assignariis locati, & concessi, per illos fuissent percepti, quamvis termini solutionis advenisset pro Locatoribus fuissent pollicite conventi, & aliis, prout in eisdem Clementis cedula Motus proprii sub Dat. pridie Kal. Martii, Pontificatus sui anno primo uberius continetur; Hinc est quod motu scientia, & potestatis plenitudine paribus præfata cedula Motus proprii cum omnibus, & singulis in ea contentis, nemum amplissimè, & plenissimè, confirmamus, & approbamus, sed quia acceptimus, eandem cedulam non fuisse pacificè observatam, seu illius executionem per varias interpretationes fuisse controversatam, & retardatam, omnino volumus, & quibuscumque non obstantibus mandamus, illam inviolabiliter observari, & sublata quacumque contraria interpretatione omnimodò exequutioni demandari, & præsentibus, & pro tempore existentibus Cameræ nostræ Thesaurarii generali, & cæterisque dictæ Cameræ Officialibus, & Ministris, & quibuscumque aliis enixè prohibentes, ne in totum, vel in aliqua parte etiam minima effectum, & executionem memoratæ cedulæ Motus proprii, necnon præsentis nostræ Constitutionis in hac parte quomodolibet impediunt, vel retardent, nisi quæ ad prædictorum fructuum in præfata cedula Motus proprii, ut præsertim contentorum incamerationem procedant, nec pro illis aliquam compositionem, ratam, portionem seu quantitatem etiam minimam quomodolibet sub quovis prætextu, causa, quæsito colore, & contraria interpretatione consenserint, seu prætereant valeant. Et nihilominus ad maiorem cautelam omnia, & singula, quæ in eadem cedula continentur, hæc in perpetuum vallitū Constituitur, & ex integro plenissimè, & amplissimè servari mandamus, decernimus, & sancimus, salva tamen, & firma in cæteris, quæ præfata cedula dicti Clementis Prædecessoris non ad revertentur.

dem S. R. E. Cardinalibus Romani Pontificis pro tempore viventibus, ut præsertim, consanguineis vel affinis five veris five adscitis, & adscitis & forsan etiam nonnullis aliis etiam per Nos, & Romanos Pontifices Successores nostros dictamque Sedem Apostolicam pro tempore concedentur, omnino, & ad unguem debeat observari. Quodque hujusmodi indulta, seu omnes literæ Apostolicæ desuper tam per Cancellariam, quam per Cameram Apostolicam, ac etiam per viam secretam, five de Curia vel sub Annulo Piscatoris, five aliis præter, vel contra formam, & tenorem præsentis Constitutionis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam cum presentium speciali, & expressa derogatione, ac sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogationibus derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis cautulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie pro tempore concedenda, seu expedienda, in ea parte, seu in illis partibus, quæ erunt contra, & præter, vel ultra formam ordinariam cum omnibus aliis Cardinalibus in prædictis servari consuetam, nullus sint roboretis, & momenti, nec cuiquam, ac si non emanassent, suffragentur.

Ceterum dependentes universum eisdem S. R. E. Cardinalium Collegium tanquam Senatui universalis Ecclesiæ in excelsa Vinea Domini Nobiscum assidue collaborare, ac propterea optatum, & congruum fore, ut omni personarum acceptione sublata eisdem omnes, & singulos Cardinales potius amplioribus privilegiis, & gratiis circa indulta hujusmodi pariformiter complectamur, & communiamus. Cùm itaque feci recordari, Clemens Papæ IX. Prædecessor Noster privilegia, & facultates testandi præfatorum S. R. E. Cardinalium ad illos etiam fructus extendere, & ampliare, qui si naturales essent, & à solo, in quo sunt producti, legitime, & iuxta rei naturam fuissent sublatis, & à manibus Colonorum, vel aliorum quorocumque debitorum perceptis, licet in horreis Ecclesiarum, vel in quovis alio loco adheerent, vel nullo modo aliis ipsorum Cardinalium bonis immixti, ut eorum patrimonio incorporati reperirentur, si verò civiles essent, postquam dies solutionis advenisset, fuissent per quoscumque debitores quomodolibet persoluti, & ad manus Cardinalium, vel ad eorum Ministros pervenissent, seu in aliquo loco publico ad eorumdem creditum fuissent depositi; Idque etiam idem Prædecessor servari voluisset in terminis quomodolibet debitis pro ascriptione honorum, & iurium quorocumque, quos in dictis facultatibus comprehendere voluit, & mandavit, si modo quæ supra fructus tam civiles, quam naturales Conductoribus, & Assignariis locati, & concessi, per illos fuissent percepti, quamvis termini solutionis advenisset pro Locatoribus fuissent pollicite conventi, & aliis, prout in eisdem Clementis cedula Motus proprii sub Dat. pridie Kal. Martii, Pontificatus sui anno primo uberius continetur; Hinc est quod motu scientia, & potestatis plenitudine paribus præfata cedula Motus proprii cum omnibus, & singulis in ea contentis, nemum amplissimè, & plenissimè, confirmamus, & approbamus, sed quia acceptimus, eandem cedulam non fuisse pacificè observatam, seu illius executionem per varias interpretationes fuisse controversatam, & retardatam, omnino volumus, & quibuscumque non obstantibus mandamus, illam inviolabiliter observari, & sublata quacumque contraria interpretatione omnimodò exequutioni demandari, & præsentibus, & pro tempore existentibus Cameræ nostræ Thesaurarii generali, & cæterisque dictæ Cameræ Officialibus, & Ministris, & quibuscumque aliis enixè prohibentes, ne in totum, vel in aliqua parte etiam minima effectum, & executionem memoratæ cedulæ Motus proprii, necnon præsentis nostræ Constitutionis in hac parte quomodolibet impediunt, vel retardent, nisi quæ ad prædictorum fructuum in præfata cedula Motus proprii, ut præsertim contentorum incamerationem procedant, nec pro illis aliquam compositionem, ratam, portionem seu quantitatem etiam minimam quomodolibet sub quovis prætextu, causa, quæsito colore, & contraria interpretatione consenserint, seu prætereant valeant. Et nihilominus ad maiorem cautelam omnia, & singula, quæ in eadem cedula continentur, hæc in perpetuum vallitū Constituitur, & ex integro plenissimè, & amplissimè servari mandamus, decernimus, & sancimus, salva tamen, & firma in cæteris, quæ præfata cedula dicti Clementis Prædecessoris non ad revertentur.

Decernentes, easdem præsentis literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod omnes, & singuli præfati, ac alii quicunque cuiusvis status, gradus, ordinis, conditionis, præminentia, & dignitatis in præmissis quomodolibet eius, vel interesse habentes se habere prætendentes, iisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, seu auditi fuerint, tamen suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari, & audiri semel, vel pluries quocumque modo debuissent, aut ex alia quacumque quantumvis pia, iudiciali, privilegiata, & rationali, ac etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, causa & occasione, colore, seu prætextu, titulo etiam oneroso, & capite etiam in corpore juris clauso ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet etiam maximo, substantiali, essentiali, & formali, aut incogitato defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, rescindi, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illa aperiens oris, restitutionis in integrum, aliove quocumque juris, facti, vel gratia remedium intentari, vel impetrari, seu etiam motu, scientia & potestatis plenitudine paribus concessio, quæ in iudicio, vel extra illud uti, seu se iurare nullatenus posse, vel ipsas præsentis literas, & in eis contenta quæcumque semper, & perpetuò firma, valida, efficaci existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sorti, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandoocumque, & quomodocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari; Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eisdem S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales etiam de latere Legatos, dictæque Cameræ Presidentes Clericos, & alios quoscumque quavis auctoritate, præminentia, & potestate fungentes, & quandoocumque sancturos, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & desiniri debere; Irritum quoque, & inane quidquid secus fuerit his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostris & Cancellariæ Apostolicæ regulis, & signanter illa, quod Cardinales in Constitutionibus, & Regulis per Nos edendis non comprehendantur, nisi illæ eorumdem Cardinalium favorem concernant, vel ipsæ edendæ Constitutiones de illorum, seu majoris partis eorum consilio editæ fuerint, ac

Decl. ad Theatr. de Luca. Vol. II.

Bb

etiam

etiam alia de iure quaesito non tollendo, illisque omnibus quae praefati Urbanus, & Clemens Praedecessores in memoratis Constitutione, & Cedula motus proprii respectivo voluerunt non obstruere, necnon rec. me. Pii Papae IV. patet Praedecessoris Nostri de gratis quaecumque interesse Camerae praedictae concernentibus, in eadem Camera, ejusque libris intra certum inibi expressum tempus praesentandis, insinuandis, & registrandis, itaut eisdem praesentes literas ibidem praesentari, insinuari, aut registrarari, nunquam necesse sit, aliisque constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & dictae Camerae, aliisque quibuscumque decretis, statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegis quoque, & indulgentiis, & literis Apostolicis quibuscumque sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriis derogationibus, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & infolentibus clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & confistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, editis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quanticumque vicibus innovatis; quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaelibet alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones praesentibus pro plene, & sufficienter, ac exactissime expressis, inferatis, servatis, & specificatis respectivo, habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volimus autem, ut eorumdem praesentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiasticae constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quae haberetur praesentibus si forent exhibita, vel ostensa.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostram moderationum, reductionum, revocationis, cassationis, mandatorum, statuti, decretorum, ordinationis, confirmationum, approbationum, voluntatum, prohibitionis, sanctionis, innovationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae apud S. Mariam Majorum Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio Idibus Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

B. Card. Prodaturus,

I. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus,

Loco ✠ plumbi

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, Indictione prima, die vero decima sexta mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini INNOCENTII Divina Providentia Papae XII. Anno Tertio, supra dicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiae S. Joannis Lateranensis, Basilicae Principis Apostolorum, & Cancellariae Apostolicae, in Acie Campi Florae, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Jo. Baptista de Comitibus ejusdem Sanctissimi D. Nostri Papae Cursores.

Franciscus Antonius Simoncellus Curf. Magister.

ac etiam pridem à memorato Pio IV. Praedecessore, reformata, restricta, & moderata, quibuscumque concepta formulis, ac etiam restrictivis, derogatoriis derogatoriis, aliisque fortioribus, & efficacioribus etiam vim contractus inducentibus clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis fuffulta, quorum omnium tenores haberi voluit pro expressis, quaecumque essent, (potestate Minorum Penitentiarum suorum, & ordinationibus de illis, eorumque statu tunc pridem editis literis falsis, & integris remanentibus) revocavit, suppressit, & abolevit, & alias prout in eisdem Pii V. Praedecessoris quarto Kalend. Maii Anno Praefatae Incarnationis millesimo quingentesimo sexagesimo nono, & Pontificatus sui quarto desuper expeditis literis uberius continetur.

Utique memoratus Pius Quintus Praedecessor habita de Ministrorum qualitate, numero, functionibus, & officiis ratione explicita, novam futuram formam de integro praescribere valeret, quae ipsum Penitentiarum officium certis quibusdam facultatibus, quae aliis officiis magis conveniebat, exoneratum, atque expeditum, tendere ea, quae animarum salutem praecipue concernebat, attentiore studio prosequeretur, quinto decimo Kalend. Julii ejusdem Anni millesimo quingentesimo sexagesimo noni duas edidit Constitutiones, in quarum prima, quae incipit, *In omnibus rebus* Ministrorum qualitate, numerum, functiones, & officia in posterum ordinavit, in alia vero, quae incipit, *ut bonus Paterfamilias*, Penitentiarum hujusmodi officium nonnullis ibidem relatis facultatibus duntaxat, quas penitentiarum numeris maxime proprias, ac gentium Christianissimum remedio accommodatas censuit, communit.

Deinde nihilominus idem Pius V. Praedecessor, ejusque successores Romani Pontifices quampluribus vivae vocis oraculis, & piæ mem. Gregorius XIV. pariter Praedecessor Noster etiam suis in forma Brevis die decima Aprilis Anni millesimi quingentesimi nonagesimi primi expeditis literis, reformatas, ut praefertur, memorati officii facultates multoties ampliavit, & extendit.

Verum hujusmodi facultates valde, ut praefertur, multiplicatis, & adauctis, sim. memoriae Urbani Papa VIII. etiam Praedecessor Noster memoratorum Pii IV. Pii V. Praedecessorum vestigiis inherens, per suas die 17. Septembris Anni 1634. Pontificatus sui duodecimi in forma Brevis pariter expeditas literas, praevia, quoad inibi descripta capita, quarumcumque facultatum, seu indultorum ac vive vocis oraculorum desuper concessorum, & aliter emanatorum, quae iidem literis adversarum, revocatione, motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione suis, de qua Apostolica potestatis plenitudine statuit, & ordinavit, quod de cetero perpetuis futuris temporibus Major Penitentiarum, & ejusdem Penitentiarum Regens, ceterique ejus Officiales, & Ministri pro tempore existentis, à particularum casuum, & negotiorum inibi expressorum concessione, commiissione, & expeditione, quae alias, nullae essent eo ipso, penitus cessare, & abstinere deberent.

Ahuc tamen, & post hujusmodi particularem reformationem alia Romanorum Pontificum ad haec usque tempore vivae vocis oracula facultates hujusmodi ampliantia, & respectivo moderantia supervenerunt.

Hinc Nos animarum salutem, ac facultatem unicuique Officio, & Tribunalium competentium ordini; & distinctioni, quantum Nobis ab Alto conceditur consulere volentes, ac propterea litterarum Apostolicarum, & vivae vocis oraculorum praefatorum multiplicatum, veritatem & immutabilitatem sedula meditatione pensantes, Nostrae Penitentiarum, ac Majoris Penitentiarum facultates, seligere, & selectas, caeteris exclusis, compilare, & in unum redigere decrevimus, ut quousque facultates ejusmodi extendantur, ac quomodocumque, & in quibus casibus exerceri possint, & debeant, certe, prompte, & distincte sub unica, & omnium comprehensiva sanctione innoteant.

Omnium itaque, & singularium litterarum, & oraculorum hujusmodi, ac aliarum, & aliorum quaecumque sint, & si quae sint, tenores pro plene & sufficienter expressis, & inferatis habentes, ac falsis, & in suo robore, & statu permanentibus, quae in altera ex praefatis ejusdem Pii V. Praedecessoris Constitutionibus incipit, *In omnibus* super Ministrorum Penitentiarum praefatae qualitate, numero functionibus, & officiis ordinata fuerunt, ac etiam salva semper Majoris Penitentiarum facultate Romanum Pontificem in quibuscumque particularibus casibus, tametsi per praesentem

Decis. ad Theatr. de Luca. Vol. II.

tes nostras literas non concessis, imò prohibitis, confutandi, itaut ipsi Majori Penitentiarum de Romano Pontificis speciali mandato desuper vivae vocis oraculo sibi factò procedere asserenti, indubia fides debeat adhiberi; Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine infra scriptas tantum facultates eidem Penitentiarum, & Majori Penitentiarum de cetero competere, ac in illa, & ab illo in hunc, qui sequitur modum, exerceri posse hac nostra perpetuo valitura Constitutione, statuimus, atque decernimus.

Nostrò itaque, & pro tempore existenti Majori Penitentiarum concedimus, ut omnes, & singulos quoscumque qualitates, dignitates, & gradus ecclesiasticos seculares, & civilis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Institutu Regularis, necnon laicos quoscumque utriusque sexus tam praesentes, quam absentes ab omnibus, & quibuscumque culpis, criminibus, excessibus quantumcumque gravibus, & enormibus tam publicis, quam occultis quomodocumque, & quomodocumque commissis, & perpetratis, nec non ab omnibus excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, aliisque censuris, & penis ecclesiasticis praemissorum occasione latis, & per illos incurris, etiam in casibus nedom Superioribus & Regularibus, & Ordinariis, sed etiam Nobis, & Sanctae Sedis specialiter, ac etiam per literas, quae die Cenae Domini quotannis promulgantur, reservatis, in jura super istum pro modo culpae penitentiae salvari, & aliis, quae fuerint de iure injungenda abolvere, & abfolvi mandare possit, & valeat. Regulares nimirum à culpis, & censuris praemissis in utroque foro, & ecclesiasticis seculares, nec non laicos à praedictis culpis, & censuris in foro conscientiae tantum; Eisdem vero ecclesiasticos seculares, nec non laicos tunc in utroque foro abolvere, & abfolvi mandare possit, quando agitur de excommunicationibus, & suspensionibus sententia generali, vel speciali delegatorum, seu aliorum Judicum, quorum jurisdictione expiraverit, seu etiam de illis, quorum absolutio per eosdem Judices, aut alios fuerit ad Romanum Pontificem, & ad dictam Sanctam Sedem remissam, seu pariter de illis, qui legitimo impedimento detenti praesentiam Judicum, vel illorum, qui eos excommunicaverunt, aut suspenderunt, aut alium, seu alios adire non poterunt.

Ita tamen, ut praedicti à censuris ab homine latis seu declaratis in utroque foro, ut praefertur, abfolventur in suis congruis casibus respectivo iudicio pariter, & parti satisfecerint, vel quamprimum poterint, alioquin in eisdem censuras reincidant, satisfaciunt; Eadem vero parte oblata convenienter satisfactionem, qui tamen in sententia, seu decretis individuata non sit, irrationaliter recusante, possit Major Penitentiarum Judicis, coram quo censurarum causa pender, conscientiae remittere, ut convenienter satisfactionem arbitreretur, illaque per reum oblata, & per aliam partem irrationaliter reculata, valeat adhuc firma remanente hujusmodi oblatione ad absolutionem procedere.

Romam quoque ad venientes ab omnibus per quemcumque Judicem, vel alias quomodocumque, non tamen in Romana Curia nominatim promulgatis, seu alibi promulgatis, & in eadem Curia notoriis censuris, ad effectum duntaxat, ut indulgentias, Sacra Urbis loca pie, ac religiosè inventibus concessas, liberè, & licite consequi valeant, itaut simul, ac indulgentias praefatas consequuti fuerint, iidem, quibus antea censuris conficti teneantur, abolvere, & abfolvi mandare possit, & valeat. Quod si censuris ab homine nominatim ligati per absolutionem Romam advenierint, sed pro illa obmenda fuerint ad eorum Judices remissi, & probabile mortis periculum in itinere premitentem, poterit Major Penitentiarum ad congruum tempus ab ipso pro hujusmodi itinere agendo arbitrandum, sub conditione, si hujusmodi periculum imminet, & cum reincidencia, si praefati idem periculum evaserint, in foro conscientiae tantum abolvere, & abfolvi mandare.

Neq. tamen in ullis casibus publicis, qui in praefatis literis die Cenae Domini legi consuetis continentur, etiam si Sedes Apostolica tunc vacaret, aut Romanus Pontifex propter infirmitatem, vel aliam causam ita fuisset impeditus, ut celeriter consilii non posset, Principes, & alios jus Imperii etiam Vicarii nomine habentes, ac Dominia, & Respublicas, seu

Bb 2 per-

